



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

IX. De Laicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Hiac corrunt obiecta prius.

*H. LUTHERVS art. ult. BRENTIUS in Confess.
Wittenbergia c. de Vota. Nefas discunt MENDICARE
Monachos; et sequitur id extra statum salutis.*

*SVADENT. 1. Qui exponunt se periculo mori-
endi fame.*

*2. Quia leemosiniæ debentur solum impotentibus
ad se alendos.*

*3. Quia diuina humanaque lex vetat voluntariam
mendicitatem. Ita & omnia damnati, haeretici in
meo Antichristo part. 2. q. 29.*

*4. Quia Christus, eti pauper, non tamen mendica-
uit; vt Ad successorum orbis dominio, licet obstante ei
lege ciuili.*

*5. Etsi mendicisset Christus, esset tamen opus ad
mirandum, non imitandum; sicut in ieiunium XL, dies
run.*

*6. Apostolo in sua vita, omnia relinquens, erat
solus ad tempus instituta, & Dominus reuocauit,
L. c. 21. Sed nunc qui habet faciem suum, tollat, similiter
per am.*

*7. Quia Apostoli ex iustitia viectum à populo repete-
bant; Matth. 10. Dignus est operarius mercede sua.
I. Cor. 9. Quia mihi sit ipsius ius suis vñquam?*

AUTOR. Vitam MENDICANTIVM
Religiosorum Pontifices, & generale
Concilium Lugdunente approbarunt,
vñlanciam. Et rectè. 1. Domini &
Apostolorum fundatam Exemplum, & Do-
ctrinā. Vide in meo Antichristo part. 2.
quest. 29. 2. Illustratam à Deo mira-
culis; præsertim per S. Dominicum &
S. Franciscum, qui ad instar Regulæ sibi
accepérunt caput 10. Matthæi: sequenti-
bus signis, ad innumeram infidelium
conuersionem.

DICO AD I. Psal. 56. *Iunior fui,
etenim senni, & non vidi iustum derelictum.
Spera in Domino, & fac bonitatem; & inha-
bita terram, & pasceris in diuitiis eius. Adeo
non periculum est de morte ex fame;
nec est tentatio contra Deum.*

AD II. Debentur maximè propter
Christum pauperibus; inque Christi E-
uangelio laborantibus.

AD III. D. Thomas opusc. 19. I-

sto. Non erit mendicus inter vos, mandatur
diuitibus liberalitas, ne quis egere fina-
tur. Deinde promittitur tanta vberitas,
per quam non erit mendicus.

AD IV. Dominium illud origina-
le perit per iustè introductam rerum di-
uisionem: vnde carere eo voluit Domi-
nus. Nec tamen ex parentia dominii,
sed amore solo Paupertatis, mendicus e-
rat: nec ditescere voluit, cum potuisset,
in Regem electus: quod fugit.

AD V. Est & imitandum; quò mi-
nus ad id miraculo opus; sicut nec ad
dierum XL ieiunium.

AD VI. Si ad tempus; ergo licita
est in se vita mendica. Neque reuocauit
Christus, vt patet, I. Cor. 9. Sed ostendit,
in quanto sint timore furuti tempore
Passionis suæ. Nam qui dixit: *Nolite
posse aurum: Ipse loculos habebat si b
fure custode luda.*

AD VII. Apostoli non ex debito
ministrabant spirituali populo, sed ex
charitate, Christo quidem adhuc viuen-
te; ideo non ex iustitia quoque exigebat
fusitationem; sed ex æquitate & cha-
ritate.

I X. DE LAICIS.

Q V A E S T I O L X X .

*An Politica Potestas sit bona, & licita
Christianis?*

DONATISTÆ Magistratum Autoritatem
Dominino tollebant.

LIBERTINI nuperi, prætexu Christiana
Libertatis, idem innouarunt primi.

ANABAPTISTÆ & TRINITARIÆ in
Transylvaniâ licet fatei cogantur, in Veteri

Gg Te-



Testamento Magistratum à Deo fuisse; Christianis tamen licitum esse negant, quin & displicere Deo: Ac proinde Christum Falsum habere in sua Ecclesia Reges, Principes: Christum verum n̄ tale pati posse.

S V A D E N T istis. 1. Quia, Christus & Apostoli vetant. Matth 17. Reges Gentium. &c. Ergo liberi sunt Filii. Luc.22. Reges gentium dominantur eorum: Vos autem non sic. Rom.13. Nemini quicquam debeatis, nisi ut in suicem diligatis. 1. Cor. 7. Pretio enim est tu; noli te fieri servi hominum: 2. Cor. 8. Unus Dominus: Eph. Vna fides. &c.

2. Quia, plerique abutuntur potentia: vt Nemrod, Pharaon, Nebuchodonosor, Saul, Roboam.

3. Quia, Iudeis permisus fuit Magistratus ob imperfectionem, vt pueris: Gal. 4. At nos Viri sumus perfecti, & Vnde.

4. Deus creavit hominem liberum; peccatum introduxit dominatum & subiectum: At per Christum liberati sumus. Dictumque, Dominamini pisibus; non hominibus. Quia natura aequales sunt omnes.

A V T O R. Bonus, & licitus est Magistratus Christianis. 1. Sic Scriptura in Antichristo part. 2. q. 30. Nam licet Christianos subesse Ethnico; ergo magis subesse Christiano Magistratu: at subesse plus aduersatur Christianæ libertati; ergo magis etiam licet præesse Christianis.

2. Quia viri sancti gesserunt Magistratum, Melchisad. Ioseph, Moyses, Iosue. &c. Regulus, Ioan. 4. Paulus Proconsul, Act. 13. Quod autem rara sint in Nouo Testamento exempla, fit, quia Christo regnum auspicari placuit à pauperibus, 1. Cor. 1. Ne videretur Ecclesia creuisse ex humana potentia; quæ potius 300. annis oppressa crevit. Nec exempla malorum Princeps esse pro-

bant malum principari; cum & aliis inter bus mali abutantur bonis.

3. Natura humana socialem vitam requirit, ob mutuam necessitatē: ista autem opus regimine est. Bruta sufficiunt sibi ipsis, per naturam sat instructa homo sit oportet homini Deus.

4. Quia politica potestas à Deo est in genere. &c. teste Scriptura in Antichristo: nam consequitur necessariā ad naturam hominis; ergo est ab autorenaturæ. Item in genere potestas pendet iure naturæ, non ex hominum contentu; nam debent ab aliquo regi, n̄ pene malint. Est autem ea potestas immediate in multitudine iure diuino nam nullus in particulari præesse potest ex lege magis, quam alter. Cūque nec multido præesse queat, ideo tenetur eam trahere in unum, aut plures, eo pacto, qui placuerit: Et hinc existunt species regiminis Monarchia, Aristocrata, Democratio.

5. Quia status politicus fuisse quoque in statu innocentiae; cum etiam unus homo fuisse naturaliter animal civile & sociale: societas autem est multitudo ordinata. Vide Bellarmin. libr. 3. de Lege. cap. 7.

D I C O A D I. Christus non prohibuit principari: nam id solis dixit Apostolis, ne dominantur more fæcularium. Voluit tamen eos præesse; ideo ibidem ait: Qui Precessor est, sicut minister. Mendum igitur verat dominandi, nō ipsum Præsidere. Vnde iussit Matth. 22. Reddi, quæ sunt Casarii, Cesari, Proinde, Rom. 1. Omnis anima potestatis sublimiorum subditas sit. Non est enim potestas, nisi à Deo: quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaque qui

qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Non sine causa hac gladium portat.

A D II. Abusus rei est abutentium noxa, reiq; bonitati nil adimit. Sic foret instituta à Christo potestas etiam Ecclesiastica etiam eliminanda; ut quā multi sint abusi: item matrimonium. &c. Vnde, I. Pet. 2. Subditi estote omni tempore Dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis.

A D III. Iudei non ob imperfectio- nem permisus est magistratus; sed ob ius diuinum, & naturale. &c.

A D IV. Quin ideo Deus fecit mulierem ex viro, & non creavit viros muleros; ut ex uno omnibus nati scirent esse ordinem debere & praefecturam, taluā libertate arbitrii cuiusque. Peccatum vero induxit dominatum Coaktionis, non Directionis; nam hic & in statu innocentiae fuisset: Christus autem nos liberauit à seruitute peccati, non principatus.

Atque in istis sentiunt nobiscum Luther-Calvinistæ. Sieut & in hoc: Dominiū & in impiis esse posse.

Q V A E S T I O LXXI.

Potestas politica an possit condere leges in conscientia obligantes?

WALDENSES olim, & ANABAPTISTAE ho- die, negant licere Magistratui ciuios condere leges: iudicia exercere: Puniri improbos. SVADENT illis. 1 Matth. 5. Si quis voluerit secum iudicium contendere, & tuum am tuam vellere; da ei & pallium. 2. I. Corinth. 6. Delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Cur non magis fraudem patimini? Quare non magis iniuriam accipitis? 3. Dilectum sit antiqui, Matth. 5. oculum pro oculo,

dente in pro dente: Ego autem dico vobis, Non resistore malo. Matth. 26. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt.

A U T O R. Christiano Magistratui licet condere leges. 1. Teste S. Scriptura, in meo Antichristop. 2. q. 30. 2. Ra- tio. Quia ciuii vitæ, cum sit socialis, ne- cessaria est directio & regula suarum a- ctionum in consuetudine, commerciis, obedientia. &c. Natura vero cum solū generalia ostendat principia; sunt homi- nibus particularia ex iis deducenda ac proponenda. Nec sufficit lex Euangeli; vt quæ sit de diuinis; de humanis igitur humanas leges dare est hominis, à Deo cæteris præpositi. Vnde, Legibus antiquis res stat Romans. Virg. 3. Libertas Chri- stiana postulat leges ciuiles, quibus, post Deum, conseruetur à peccato, Libertati veræ contrario. Teste Scriptura in Anti- christo. 4. Lex diuina non pugnat cum libertate Christiana; quia Adæ cre- ato libero, lex data est, Genel. 2. De- ligno scientie boni & mali non comedes. Ergo nec humana lex pugnat cum li- bertate: quia quoad obligationem di- uina & lex humana sunt æquales.

II. IUDICIA EXERCERE licet Christianis Principibus: Nil enim pro- dessent leges, nisi licita forent iudicia. At leges tolli nequeant: ergo nec iudi- cia. Ps. 2. Reges intelligite, qui iudicatis ter- ram. Deut. 16. Iudices & Ministros con- stitues in omnibus portis, ut iudicent popu- lum iusto iudicio. 1. Corinth. 6. Secu- laria iudicia si habueritis, contemtibiles, qui sunt in Ecclesia, hos constituite ad iudi- candum. Sic non est sapiens quisquam in vobis, qui indicare possit fratrem su- um?

Gg 2 Dico



DICO AD I. Augustinus epistola 5. ait. Ibidem dicitur: *Si quis te percusserit in unam maxillam, praeb ei & alteram.* Christus tamen ipse percussus non præbuit alteram; docens Consilia non esse Præcepta.

A D. II. Necesse est, quia delicta fiunt, ut & iudicia exerceantur. Non igitur hæc arguit, sed illa.

A D. III. Lex vetus permisit talionē; Christus hanc sustulit, aiunt S. Patres. Dein ait S. Thomas in 3. dist. 30. *Dictum antiquis, oculum pro oculo:* Non reprehēdit legem, aut talionem; sed prohibet priuatis appetitum vindictæ, quem ex ea lege Pharisei licere contendebant. Istud, *Non Resistere malo,* intelligitur non offendis, sed Defensuē resistendum.

I II. PVNIRE licet perturbatores Iusticiæ. Gen. 9. *Qui effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.* Matt. 26. *Qui acceperit gladium, iniuste;* gladio peribit. Rom. 13. *Non sine causa gladium portat: minister enim Dei est Magistratus.*

Atque ista prolixè etiam docet contra Anabaptistas Caluinus Instit. libr. 4. cap. 20.

I I. CALVINUS Instit. l. 4. c. 10. §. 5. Negat Leges ciuiles obligare in conscientia.

S V A P E T istis. 1. Politica potestas est temporalis; ergo nil ei cum conscientia. 2. Finitum legum est Paræternam; at hæc Dei est, non regis. 3. Quia Rex non iudicat de internis. 4. Rex non absolvit: ergo nec ligat. 5. Bis puniretur peccatum, hic, & isthic. 6. Rex inferre nequit poenam spiritalem; ergo nec ad eam obligare. 7. Rex plerunque non intendit obligare ad culpam.

A V T O R. Lex humana & diuina differunt firmitate: nam illa potest, hæc nequit abrogari. Obligatione non differt.

1. Quia, vis obligatiua est de essentia Legis, ut regulæ morum, à qua recessus fit in peccato. Nec enim lex ideo solum obligat, quia est diuina; nam sic omnes æqualiter ligarent leges diuinæ: cum aetius illa liget, cuius violatio magis est contraria fini legis, scilicet charitati.

1. Timoth. 1.

2. Quia lex diuina & humana sic differunt ut Lex, Papæ & Legati, Regis, & Proregis: at hæc nihil differunt in obligatione conscientiarum.

3. Sæculares Principes obligare possunt ad poenam, ergo & ad culpam. Nam ait Aug. l. 1. retract. c 9, *Omnis pœna, sua est, pœna peccati est.*

4. Sic Rom. 13. *Omnis anima potestibus sublimioribus subdita sit;* non enim ei potestas, nisi à Deo. **2.** Qui potestatis resistit, Dei ordinationi resistit. **3.** Qui uires resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, æternam, aiunt hic Patres. **4.** Idem necessitate subditi estote. **5.** Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. **6.** Ministri enim Dei sunt. **1.** Pet. 2. Subiicit estote propter Deum.

D I C O A D I. II. III. Ex his sequitur, Magistratum politicum non posse obligare, nisi ad actus temporales & externos: non autem, non posse in hisce obligare conscientiam. Quia lequa regula est, ab ea deuiare nefas est. Sicque potestas temporalis producit effectum spiritalem; quia lex & potestas si sunt res spirituales.

A D IV. & VI. Rex non potest absoluere, aut punire poena spiritali; at potest ad hanc obligare; quia potest auctoritate Dei. Dein; lex obligat ad poenam æternam, non quia politica est, sed ut lex est ministri Dei.

Ad

A D V. Peccatum potest à pluribus puniri, quando plures offendit.

A D VII. Obligare pendet ex libera intentione Legislatoris.

Q V A E S T I O LXXII.

An Christianis belligerare fas contra hostes?

MANICHAEI docebant bellum ex natura illici: um esse. Sic & Anabaptistæ, & Occolampadius. &c. Hę plures adducit S. Patres Erasmus, apud Bell. lib. 3. cap. 14.

L V T H E R Vs art. 34. negat licitum Christianis contra Turcam gerere bellum.

SYADENT istis. 1. Quia Voluntas Dei est, ut à Turca, cruflagello puniamur: & Dei autem voluntati resistere nefas. 2. Quia Ecclesia utilius est tribulatio, quam pax. Vnde Sc̄m, de matrimonio, cul. at morem Ecclesie orantes pro pace. 3. Quia, ait art. 34. Pontifici sunt peiores Turcis: at stultum est, pro peioribus contra meliores Turcas pugnare.

A V T O R. Odium in Papam hoc impulit Lutherum.

D I C O A D I. Permittit Deus nos exerceri, hoc fine, ut conuertamur à peccatis, non ut pereamus: Itaque vult ut resistamus molienti nobis interitum, quem Deus non vult. Immitit pestem; non vult tamen ei non resisti.

A D II. Quia tribulatio periculosa est, idcirco eam deprecari iubemur. Matth. 6. Et ne nos inducas. &c. Iubemur, Timoth. 2. Orare pro regibus & pace.

A D III. Absurditatem suam Luthe-
rus, l. de Visit. Saxon. postea reuocauit.

Q V A E S T I O LXXIII.

An Principis sit dare libertatem Religionis, specie Conciliationis?

ETRNICI omnes Philosophorum sectas admis-
serant, ait Aug. L18 de Ciuit. c. 51. Themistius
Philosophus Valentii Imperatoris suscit, gratiam Deo se-
parum esse vanitatem, dum ita modis pluribus colli-

tur sique pluris, quod difficilis cogositur,
PROTESTANTES Spiræ anno 1526. se obtinuisse
seruntur libertatem religionis.

S Y A D E N T istis. 1. Quia fides est libera. 2. Quia donum Dei est. 3. Quia experientia confat, cogendo nil profici. 4. Quia Christiani Iudeos, eti hostes, semper tolerauerant.

A V T O R. Principis est tueri Catholicam Religionem; non alterius permettere libertatem.

1. Quia, Proverb. 20. Rex, qui sedet in Solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Item, Dissipat impios haereticos, Rex Sapiens. Psal. 2. Reges eruditini, qui iudicatis terram; seruite Domino intimore.

2. Apocal. 2. culpatur Angelus Pergami habens tenentes doctrinam Nicolaitarum: &c.

3. Contra libertatem eam fancierunt Papæ, decreuerunt Imperatores. Solum tres Imperatores eam indulserunt: Iouianus, idēo grauiter à Concilio Antiocheno reprehensus. Valens, sed Arianus, & Julianus Apostata.

4. Rationes sunt: 1. Quia, potestas secularis, & spiritualis sunt iunctæ in Ecclesia, sicut corpus & anima: ac huic illici parere debet præstareq; protectionē. Cū autem dissensio in fide sit Ecclesiæ dissolutio, vinculum enim illi est confessio fidei, idēo fidei libertas ei extialis est.

2. Quia, Deut. 17. iubentur occidi, qui nō obediunt Sacerdoti. Et, cap. 18. pseu-
doprophetæ exterminari: Et, Aug. ep. 5.
50. affert exempla Ezechi. e. Iosophat, lo-
six. &c. destruentium lucos, idolorum
fana, populūmque ad verum Dei cultū
cogentium. 3. Quia, Pax reipublicæ
diffinitur varietate religionum, subnascit
tur cuique mutua dissidentia: & sic ingrū
in se divisum de solabitur. 4. Quia, liber-
tas credendi est libertas errandi in re o-

G. 3 mni



mniū periculōfissima: nam Eph. 4.
Vna fides solum esse vera potest.

Obiecta, vt refutatu sunt indigna, ex
hiſce tamen ſat patent.

II. **PACIFICANTES** olim, ab Zenone Impera-
tore orti, reſte Eugenio lib. 3. c. 14. q. 30. Et Apelles di-
cebat Sestas omnes conciliati poſſe, nec eſſe diſcutiendam
ſideirationem; ſat eſte, credi in Crucifixum. Sic
& nup̄t Georgius Caffandri: Sit ſua cuique fides, mo-
d̄ recipiant Scripturam & Symbolum Apoſtolorum;
cetera Ceremonias eſſe in quibus deſſinuantur.

AUTOR. I. At non tam de horū
verbiſ, quam de ſenſu controuertitur,
de queſubſtantialib⁹ articulis.

2. Rogabat & Valentis Imperatoris
Præfectus Patres, ne tot Eccleſias vexari
paterentur, propter paruam dogmatum
Arianorum ſubtilitatem; petebantque
Ariani omitti vocem ὁμοσίον, quæ nec
in Scriptura vel Symbolo eſſet; imò litera-
lum mutari in ὁμοίον: ac ſponde-
bant pacem. Respondit S. Basilius: Qui
diviniſ enutris ſunt eloquii, corrumpere de-
iſ ne unam syllabam patiuntur; ſed pro hiſ ſi
contingat, omnes etiam mortis ſpecies ample-
tuntur.

3. Non potest libertas credendi in v-
no concedi articulo, quin pariter & in aliis
concedi debeat: Quia vna eſt for-
malis ratio fidei omnium ac singulo-
rum articulorum: quiq[ue] peccat in uno,
eſt omnium reus.

Q V A E S T I O LXXIV.

An heretici damnavi poſſint tradi
gladio ſeculari?

VTHERY artic. 33. in aſſert. Sicut & Hus artic.
L 14. in Concilio Conſtantiae damnato; negat iuſte-
ſierit. Sic & Donatistæ olim, reſte Auguſtino libr. 1. con-
tra Parmen. Vide Genealog. p. 2. q. 16. & Antichri-
ſtum p. 2. q. 20.

SVADENT iſtiſ. 1. Quia, Eccleſia ab initio hu-
eſque nullum combuſſit. 2. Quia, non proficitur
teroribus. 3. Eccleſia tolcrat Iudeos. 4. Mat. 18.

Iubentur haberipro Etihiſis & publicanis; non com-
buri. 5. Oportet haresiſ eſſe, i. Cor. 11. 21. qui p̄tba-
ti ſunt, maniſſiſ ſunt. 6. Cupientibus comburi de
ceclo Samanitas, ait Dominus: Lue 11. Neſtitu eis
ſpiritus eſte. 7. Matth 13. Siſte vrraque crocer,
uſque ad meſſim. 8. Domiſus permittens multo ab-
ire, ait: Ioann. 6. Nunquid eſt ueruſa abira? 9.
Fides eſt donum Dei; nemo igitur ad eam compelli-
bet. 10. Dominus tribuit Eccleſia gladium Sparta,
quod eſt Verbum Dei; non ferria flammæ. 11. Ha-
retici ſunt extra Eccleſiam; ait, i. Cor 6. Nihil ad nos
in, qui fori ſunt. 12. Apoſtoli a nūquā brachij
ſeculare contra hæreticos implorarunt;

A V T O R. Hæretici incorrigibiliſ,
præſertim relapſi, ſunt excommunicandi, reſinquenti que gladio. 1. Siſcri-
ptura in meo Antichriſto par. 2. q. 30. 1.
Quia ſic praxis inde ab Conſtantino
Magno contra Arianos & Donatiftas,
ſuppliciis affectos. 3. Ita S. Canones,
Concilia, S. Patres, apud Bellarmin. lib.
3. de Laicis c. 21.

Ratio fauet. 1. Excommunicati
poſſunt, quæ grauior eſt poena: ergo
occidi gladio corporali, quod minime
ſit Aug. lib. 1. contra aduers. Legis c. 17. 2.
Quia, alii falſarii addicuntur neci;
Fœmina fallens viro fidem, eſt mortis
Deo frangere fidem eſt grauius. 4.
Tres cauſæ iuſti ſunt homicidii: Nem-
li bonis noceant: Ut paucorum ſuppli-
cio multi corrigantur, proſintque mo-
riendo, qui viuendo noluerē prodile:
Et iſpis improbiſ occidi ſatiuſ eſt, cum
deteriores euadunt. At haec auſta
hæreticos conueniunt. Deus tamen
pſorum miſerit uentem inſpiret eum
ſaniorē.

DICO AD I. Falsoſ eſt.

A D II. Contrarium conſtat ex-
ſtientia priſca.

A D III. Iudei fidem Christianam
nunquam defruerunt: Colunque Re-
ligio;

ligionem à Deo quondam institutam: at
hæretici, ortam incentore diabolo.

A D IV. Nec adulteros, latrones, &c.
Christus unquam iussit occidi; recte ta-
men pleuntur.

A D V. At non iubentur seminari,
aut tolerari.

A D VI. Illi non quam crediderunt:
& Discipuli Zelo vindictæ mouebantur.
At hæretici desciuerunt à fide; & Ecclesia
non est vindictæ cupida.

A D VII. Zizania sunt omnes mali,
non solum hæretici.

A D VIII. Christus non venit iudi-
care, sed iudicari: & ii recedendo se non
obligarant, sicut hæretici obstinati...

A D IX. At est etiam actus liberi ar-
bitrii, sicut & Castitas, &c. & tamen a-
dulteri, &c. puniuntur. Et quidem fi-
des etiam est libera infidelibus, ut eam
acceptent; at Christianis est seruatu ne-
cessaria; ideo deseritoribus pœna quoque
debita est.

A D X. At ecce duos habet gla-
dios.

A D XI. Sunt extra; sed cum debito
pœnae, aut reuertendi.

A D XII. Quia, ait *Augustinus epi-*
stola 50. tunc nullus erat Princeps Chri-
stianus: secus, cum esse coepérunt Chri-
stiani, per I E S U M C H R I S T U M.

A M E N.

Ecclesiomachia Luther.-Caluinistica:

F / I N I S.

Gloria sit Triadi, Mariæ, & sit gloria Diuīs.



COPPEN.

